

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Gula ab  
cum uariis

Quidam cum ad edendum assederint, inquieta quadam agitacione membrorum intemperanciam animi sui designant. Caput excuciunt, brachia exerunt, manus in altum expandunt, et non sine magna turpitudine quasi totum epulum simul sint absenturi, ingentes quosdam conatus et gestus satis indecoros ostendunt. In uno loco sedentes oculis et manibus que prope et longe sunt, omnia circumcurrunt, simul panes comminuunt, uina in calices effundunt, discos in gyrum circumducunt. Hanelant et suspirant pre angustia, ita ut existimes eos alium rugienti uentri patentiorum aditum querere, quasi angustia faucium non possit esurienti stomacho satis sufficientem abundanciam ministrare, et uelut rex super obsessam ciuitatem assultum facturus, dubitant ubi primum expugnacionem aggrediantur, dum simul in omni parte irruptionem facere concupiscunt.

Hugo in suo claustralii.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

assederint] accederint M; exerunt] exuunt P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; turpitudine] trepitidine P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; sint] sunt B; conatus] coenatus (*cor. sub lin.*) C; ostendunt] ostendant V<sup>2</sup>; longe] sine add. (*del. sub lin. et intra*) B; simul] simulque P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; effundunt] infundunt P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; uentri patentiorum] neutri potentiorum P V<sup>1</sup>; possit] possint P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; sufficientem abundanciam] sufficienti abundancia P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; rex *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; dubitant] dubitans P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; aggrediantur] aggrediatur P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; concupiscunt] concupiscit P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>